

4 DE 5

USU GERADAE INTER ILLUSTRES DISSERTATIO 1786,5

etiam obitum & imp. nigris. PRAESIDE
DANIEL E NETTEBLADT

POT. BOKUS. REGI A CONSILIIS INTIMIS

ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE

ET
ORDINARIO FACULTATIS IURIDICAE.

DEFENSA AB AUCTORE

CARL CHRISTIAN LAURENT. BIEDERMANN

ANHALT-CÖTHE N.

HALAE DIE XIX. AUGUST. MDCCCLXXXVI.

TYPIS HENDELIANIS.



USU GERADAE
INTER ILLIUSTRIOS
DISSESSATI

Honestissimum est, maiorum vestigia sequi, si modo recte
itinerem processerint.

PLINIUS.

tot. donis regi a consibus Italimis

ACADEMIAE HEDERICIANAE DIRECTORIS



DELEMAY AVANTORE

CVR CHRISTIAN LAURENT. HEDERICIANUM

ANNALETT. CÖTHENI

HALAE DIE XIX. AUGUST. MDCCCLXII.

LIBRARIÆ HEDERICIANÆ

SERENISSIMIS PRINCIPIBUS

A C D O M I N I S

D O M I N O

C A R L G E O R G E L E B E R E C H T

D O M I N O

F R I E D R I C H A L B R E C H T

D O M I N O

L E O P O L D F R I E D R I C H F R A N Z

P R I N C I P I B U S A N H A L T I N I S

R E G N A N T I B U S

P A T R I B U S P A T R I A E

S A C R U M !

SEPRENTISSIMIS PRINCIPIBUS
AD DOMINIIS
DOMINO
CARL GEORG FERDRECHT
DOMINO
FRIEDRICH ALBRECHT
DOMINO
LEOPOLD FRIEDRICH FRANS
PRINCIPIBUS ANHALTENS
REGENTIBUS
PATRIAE
SACRAVIT




AD LECTOREM.

Non pruritus scribendi, non vana inter scriptores
referri gloria, me impulit, ut hanc conscriberem *Dissertationem*. Opus quidem non duco, rationes reddere,
quae me movere potuissent, *occasione* tamen dedit mors
Principissae cuiusdam, cuius fratres sororesque petiebant

CHRONOLOGY

A

eius



eius hereditatem. Quamuis vero b. Principissa, antea ter-
ris in Saxonis vivens, domicilium mutasset, quoad
res geradicas, quae ceteras opes superabant, tamen uni
ex heredibus placebat, defendere, sibi competere Gera-
dam, quam Nistelgerade appellare mos fert. Quaestio
quidem potissimum eo rediit: secundum quas leges heredi-
tas sit dividenda? huius occasione tamen insuper quaestio:
de usu Geradae inter Illustres in genere movebatur, quam
diversimodo respondere nitebantur. Placuit itaque mihi
hanc quaestionem pluries inquirere, et cum tantorum
dissensum coniungere vires deesse fatear sequor ovi-

D I V M . oī non sicut non īādūlī aūhīng no.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Cordati judicent, an actum egerim.

SECTIO



SECTIO I.

GENERALIA CONTINENS.

§. I.

Quanto grauiores sunt caussae, ea fortiora esse debent remedia, metuendum ad periculum propellendum. — Quemlibet fateri oportet non levioris ponderis, sed arduas certe maxime momenti, esse controversias, quae inter Principes agitantur. Sive enim causarum gravitas ex personarum praerogativa aestimetur; sive earum momentum ex effectu praeiudicij immimentis laisionis ducatur: ea semper harum quaestionum est indoles, ut medium quendam modum habere non videantur, dum non infimae et plebeiae conditionis homines sed principum vel

A 2 per-

personam vel bona tangunt. Mirari itaque desinamus, quae causa sit, cur quaestiones inter illustres agitatae ad causas ambiguas et sapientissimo quoque difficillimas dijudicatu referri soleant, cum nihil frequentius eveniat, quam in arduis causis in item deducatis, peritissimos saepe in diversas ire sententias. In hoc quoque rationem esse ponendam censeo, cur Iureconsulti, qui jurisprudentiam illustrium privatam tractandam sibi sumserunt, saepe haesitent. Unde MAIERS Einleitung in das Privatfürstenrecht überbaupt. Vorrede pag. VIII. merito fatetur:

„dass selbst in den wichtigsten Lehrsätzen die Meinungen „der Rechtsgelehrten sich einander durchkreuzen, und kei- „ne Meinung zuverlässig und befriedigend sey“

et MOSERVS persönliches Staatsrecht der teutschen Reichsstaende T. I. p. 403.

„Nichts sey schwerer zu bestimmen als Erbschaftsfaelle inter „illustres.“

Rechte quoque PÜTTERVS Beytraege zum teutschen Staats- und Fürstenrecht T. I. p. 15. hanc iurisprudentiae partem vocat:

„eine aufkeimende Wissenschaft.“

Praecipue vero causae dissensus Doctorum mihi esse videntur, commodum et quotidiana merces scriptorum, quae illorum sententias gignunt, quibus veritas et propria conscientia cordi non est. Quae cum ita sint, generalia quaedam praemittenda esse censeo, antequam ad specialia progrediar.

C A P.

C A P. I.

DE IIS, QVI SVB NOMINE ILLVSTRIVM
VENIVNT.

§. 2.

Miror omnino, quantum quoque hodie iurisprudentiam exercere student, Doctores saepius tamen distinctas notiones non formare, indeque ex scriptis eorum hauriri non posse, quod et accidit, si ex iis eruendum, quae personae sub illustrium nomine veniant. Sic, ut alios taceam i. H. BÖHMER de secundis nuptiis praecipue illustrium personarum pag. 25 ait: „Sonant illustres nobis imperatores, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones et nobiles immediati, quo generali in sensu ut plurimum vox illustris a iurispublici scriptoribus accipitur LUDWIG ad A. B. T.I. §.7. STRYCK de iure illustrium et nobilium communi c.I. §.3. COCCETI ius publicum c. 21. §. 9.“ Sed, quod pace tanti viri dixerim, mihi haec sententia minime arridet, cum nobiles immediati imperii sub hac denominatione hodie non solum non intelligantur, sed etiam non intelligi debant. Inter recentiores vero, quod mirum, BRANDIS in Diff. de vera ordinis succedendi ex maioratu notione etc. Goettingae 1784. §. 1. illustris eos appellant: qui imperio absque intermedio parent, quam notionem multo minus admittere, mihique salvo meliori iudicio, persuadere non possum, omnes, qui imperio immediate subsunt, ad illustris referri posse. Quis enim e. g. assessori camerae imperialis, qua tali, immediatatem detrahere unquam est ausus? LUDOLF iur. camer. S I. §.2. n.10. p. 20. numquam vero talis assessor, sub voce illustrium continetur. Unde potius puto, sub illustrium nomine tantum esse comprehensos, principes, qui his aequiparantur Fürstenmaesige et Comites.

§. 4.

Quicquid sit ex mea sententia notio personae illustris aliter formanda est. Licet vero hunc in finem in vocis: Illustris originem inquirere, praesens institutum non permittat, allegari tamen omnino expediri, quod omnes concedunt, et quod historiae consentaneum esse videtur¹, maiores hanc vocem ex oriente petuisse LVDEWIGIVS enim in vita Iustiniani c. 8. p. 181. satis evicit, hoc nomen in aula Constantinopolitana characterem quandam indicasse; neminem vero fugit, maiores nostros germanicum regnum continuatum imperium romanum somniasse *) Hinc originaria aemulatio Germanorum, quae et hodie tristes adhuc producit effectus, facile eis persuadebat, talium nominum receptionem maxime honorificam esse, indeque evenire poterat, quod illi, qui beneficiis aulicis erant condecorati, primo hoc nomine insignitos esse; quidquod CAROLI IV. adhuc tempore electores illustres nominantur: A. B. Tit. VIII. et Tit. XXIV. f. I. Quod nunc attinet ipsam personae illustris notionem, illustres sic describere audeo, quod sint: omnes personae, quae a familia in Germania potestatem civitem exercente legitime originem ducunt, vel bis consensu imperii aequiparantur. — Mecum faciunt PÜTTER elem. iur. germ. priv. hoc IDEM in iure privato illustr. §. I. IDEM Beitr. z. Staats- und Ffr. T. II. p. III. DE SELCHOW in elem. iur. germ. priv. bod. §. 232. Ad illustres itaque non refero, qui elogio eines Reichsgrafen tantum fruuntur, non tamen iure statuum imperii de SELCHOW elem. iur. publ. T. I. §. 149. et 150. sic et ho-

*) Quae contra hanc sententiam plurimum Doctorum praesertim PÜTTERI in eius Beitr. z. teut. Staats- und Fürstenrecht. T. 2. p. 32 sqq. monuit F. C. L. FISCHER vide in EIVS Geschichte des teutschen Rechts. §. 38. n. b.

hodierni Reichsfreyherren minime ad superiorem nobilitatem possunt referri. Cap. Nov. art. 22. §§. 3. 5. 6.

§. 4.

Hanc sententiam ad stabiliendam non inutile erit ad obiectio-
nem respondere: imperatorem omnino inter illustres esse collo-
candum, cum ad illustres referri debeat omnes qui in eo emi-
nenti gradu nobilitatis constituti sunt, qui sub Superioris Nobili-
tatis nomine venit. Sed mihi aliter viderur, quoniam impera-
tores nostri se Constantinopolitanis laequipararunt, indeque non
conveniet, eos eodem insignire nomine, quo utuntur, qui iis
subiecti sunt, quique cum imperatoribus iisdem Legibus et prin-
cipiis diiudicari nequeunt. Unde hoc quoque rationem praeberet,
Imperatorem illustrum classe excludi, ut haec classis non, nisi
tales cives germaniae comprehendat, qui una reguntur Legum
ratione. *)

§. 5.

A scopo quoque aliena non est quaestio, qui sub nomine
Fürstenmaßlige – in ordin. Camer. P. II. Tit. 2-6. – intelligi
debeat? Eos, qui Appanagiatos sub eo intelligi sibi persuadent,
errare evictum dedit H. W. LEHNEMANN in Diff. L. praeſ.

I. B.

*) Quae in medio aeo de iudicio palatino referuntur et in A. B.
T. 5. §. 3. sunt repetita omnia iam explota sunt ab. H. C. de SEN-
KENBERG fabula iudicii palatini in Caesarem Fref. 1731. et
stant, quamvis contra SENKENBERGIVM invectus sit ESTOR
kleine Schriften B. I. St. 3. n. 8. 525. Cum quoque imperio
per Leges iurisdictio in eum non sit constituta, imperatorem minime
agnoscere oportere superiorem. MOSER vom Römischen Kaiser.
P. 585 sqq. restit contendit.

I. F. WAHLI de sententiarum summorum, S. R. I. Iudiciorum contra Appanagiatos principes executione. §. 14. 15. — Veniunt potius sub hac denominatione comites et praefati imperii principali dignitate condecorati. Conf. SCHMAVS ius publ. L. I. c. II. §. 2. L. II. c. 4. §. 4. BLVM proc. cather. tit. VI. PÜTTER Inst. iur. publ. §. 25. quibus addi meretur ROBERT de statu eorum, qui secundum Leges imperii vocantur Fürstenmaessige. Marburg 1785. Unde per se patet cur praefatos imperii non speciatim sub illustrium nomine comprehendam, dum, qua tales non sunt inter illustres, sed tum demum, si ex familia illustri in Germania sunt orti.

DE NORMIS DECIDENDI CONTROVERSIAS
INTER ILLVSTRES.

seminar del imp. oficinas 2 §. 6. anexo separado, sección A.

Si unquam verum est LEYSERI effatum spec. 289. Nibil tam absurdum est, quod Iesus non tuerit, sane illud verum deprehenditur dum quaestio agitur: de normis decidendi controversias inter illustres, et, si quis sine praedictio rem perpendit, omnem litem *I.31. D. de LL.* excitavit. Ad me quidem decisio quaestionis: an princeps Legibus sit solutus? non pertinet; quam præterea nec hodie movere solent DD. si tamen quis plura præfertim nugas hac de materia discere cupit, evolvat Doctores a MAIERO in *Einleitung* c. p. 133. allegatos, nec non BACHIVM in Hist. iurispr. rom. L. 3. c. i. §. 6. n. 1. et v. C. WESTPHAL rechtliche Abhandlung von dem Gebrauch des Iustinian, Rechts

9

in dem teutschen Staatsrecht und der Privatrechtsgelahrheit der
erlauchten Personen des teutschen Reichs §. 8. n.e.

§. 7.

Me quoque non moratur quaestio: an deceat principem Legibus vivere? assensum tamen praebere debo: c. 2. D. 9. ibi:
Iustum est, principem Legibus obtemperare suis et omnino boni principis est, neque se super Leges efferre neque iustitia superiorum esse velle. Unde summum quoque principem deceat cau-
farum suarum cognitionem non sibi reservare, sed vel arbitris
vel Consiliariis committere – quod et hodie plerumque observatur –
dum et recte monet GROTIUS I. B. et P. L. 2. c. 14. §. 6.
Privati actus regis considerandi sunt, non ut actus communitatis
sed ut actus partis, ac proinde facti eo animo, ut communem
legum regulam sequantur. Add. §. ult I. quibus modus testam. et
I. 3. C. de testam.

§. 8.

Missis itaque his quaestionibus ad longe difficiliorum qua-
stionem: quibus Legibus nostri teneantur principes in Germania?
me converto. Quamvis enim Germaniae principes nec Legibus po-
litivis sint soluti, maxime tamen controvertitur, quibus legibus po-
litivis teneantur et si cuinam laborem, omnes Doctores evolvendi
suscipere lubet non solum maximum dissensum diversorum DD. in-
ter se, sed et nonnunquam unius Doctoris diuersas inter pugnan-
tes sententias deprehendet. Cum vero a scopo meo alienum sit, to-
tam hanc doctrinam exhaustire, praesertim cum PÜTTERUS in
pecul. Diff. de normis decidendi successionem familiarum illa-
strum

B

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660245-p0015-4

*ſtrium controversam, mihi hac in re otium fecerit, de eo tan-
tum ſollicitus ero, ut probem non ſolum ius germanicum inter
illustres olim valuiſſe ſed et hodie adhuc et ius ſaxonicum
valere.*

§. 9.

Quod primam attinet quaefionem, olim principes Germaniae Legibus germanicis ſe ſubieciffe, historiā docet - Antiquissimis temporibus apud Germanos boni mores plus valebant quam alibi bonaē leges. Licet vero, omnibus in Germania mutatis, et haec mutata ſint, tamen principes noſtrōs uſque ad tempora noſtri aevi legibus et pactis ſe ſubieciffe certum eſt, KNO RRE rechtl. Anmerkungen Ann. 21. Porro STRUVIUS in biftor. iur. p. 490. narrat: HENRICVM LEONEM conqueſtum eſſe, quod ipſe Suevus in principum ſaxonicorum iudicio ſit condemnedatus; Quid vero credibilius imo verius eſt, quemlibet iudicatum eſſe ſecundum conſuetudinem cuiuslibet provinciae! - CAROLVM Lotharingiae ducem provocaffe in cauſa quaefitae administrationis tutelaris Comitatus Wurtembergici ad SIGISMUNDVM Romanorum regem et iudicium juevicum „hat ſich rechts erboten für Sigismunden den Römischen König oder für das schwäbische Recht zu Lande in Schwaben vel: Er habe begehrzt zu einem gütlichen redlichen Austrag zu kommen nach dem Landrechte zu Schwaben. - et rechte ait BUDER - in ZEPERNICK Samml. ausserl. Abbandl. aus dem Lebnr. T.IV. p. 70. occatione litium Henrici Leonis: „Es war ein altes Recht in Teutschland, einen jenen in terra nationis ſuae zu rechtfertigeu, quod quilibet vixerit lege certa, nimirum propria Nationis als Salica, Ripuaria, Boiorum, Saxonum, Alamannorum und dergleichen, wie es denn auch gegen den Herzog Otto von Baiern einen gebornen Sachſen alſo ge- bal.

halten worden.“ **GOLDASTVS** *deregno Bohemiae L. IV. c. 13. n. r.*
 his utitur verbis: „in priuatis et civilibus causis tam rex Bohemiae,
 quam eius subditi – Bohemi, Silesii, Lusatii forum palatii Magde-
 burgensis (quod secundum Saxonum consuetudines et iura deci-
 debat) sequi et inde eius suum petere olim cogebantur – „et
Glossa ad Lib. 3. art. 62 des Sachsenpiegels addit: du solt aber
 wissen, das dies Buch darum der Sachsenpiegel heist, das es *allen Sachsen* diener, das sie darin die recht schaun moegen. *) –
 Praeter haec, leges provinciales olim in Germania obseruatas esse
 infinitis adhuc exemplis demonstrare perfacile foret. **BOEHMER** *Resp. Hall. T. II. resp. 36. p. 128. HELFRICH de iuris-
 pr. princ. Germ. priv. Diff. I. p. 35. f.*

§. 10.

Ad secundam quaestionem: de usu Legum germanicarum
 speciatim saxoniarum communium inter illustres me convertens.
 maximum rursus invenio dissensum. **) Plurimi, fortasse decepti
 expressa receptione ***) legum germanicarum in domibus saxonici
 facta, crediderunt, prouincialia iura ordinarie inter illustres locum

B 2

non

*) Quem plura exempla videndi cupiditas persequitur, videat V. C.
FISCHERUM über die *Geschichte des Despot.* p. 79 – 82. Prae-
 cipue vero commendari meretur **STIEGLITZ** *Diff. de causis cur*
in Germania ius fendale germanicum negleatum et ius feudale
longobardicum receptum sit (*Lips. 1784*) §§. 1. 2. et 5.

) **DE SELCHOW in der *Geschichte der - Rechte* p. 347. n. 5.
 omnes resert Doctores, qui de proedria legum germanicarum et ro-
 manarum scriperunt, quos, si lubet, evolvere cuiilibet patet.

***) de qua vid. **MOSER** *Familienstaatsv.* pag. 488. 581. 635.

non habere, nisi sint recepta **L V D O L F** de iur. fem. ill. P. II.
 c. I. § 15. ab **U E F F E L** de hereditate mobiliari personarum illustrium
 § II. quamvis **L V D O L F** I. c. § 17. n. a. ipse fateatur: quod mul-
 ta pacis fermentur inter illustres quae etiam ordinario iure fieri
 deberent *) Cum vero Doctorum auctoritas; nisi rationibus veris
 suffulta minime convincat, hac de re quaedam addenda: Principes
 nostros tam regentes, quam non regentes, tam masculos quam
 feminas Legibus imperii teneri, Monarchiae restrictae et specia-
 tium Germaniae indoli convenit, dum quilibet princeps, licet,
 quatenus ad potestatem legislatoriam concurrit, qua legislator qui-
 dem consideretur, ast tamen ut in omnibus collegiis observare fas
 est, nihilominus pro legibus ita lati subiecto haberi potest, cum
 principes nostri unius reipublicae membra sint et hinc sub uno
 imperante iisdem obstringantur legibus, iuxta quas caussas ipso-
 rum in summis imperii tribunalibus cognoscuntur et dijudicantur:
RÜTTER Beitr. z. d. St. u. F. r. T. I. p. 63. n. 10. Praeterea
 nec desunt leges imperii, quae confirmant, principes Legibus
 provincialibus esse subiectos; quales sunt sequentes:

1. *Ordin. Iud. Caef. Aul.* T. I. §. 15. sodaun zusörderst un-
 „sere römis. Kaiserl. Wahlkapitulation, Reichsabschied, reli-
 „gion und Profanfrieden, den jüngsten Münster- und Osna-
 „bruggischen Friedensschlus, wie auch jedes Landes sonder-
 „liche gebürtlich allegirte Ordnungen und Gewohnheiten,
 „und in Mangel derselben die Kaiserl. Rechte in Acht
 „nehmen.“

2. *R. I. N.* §. 105. Benebens sollen Cammerrichter, Praesi-
 „dent und Beisitzer bey Administration der heilsamen Iustitz,
 „sowol

*) Sic quoque ex erronea applicatione iuris longobardici sicut illa in-
 utilis cautela, quod principes Anhaltini se privilegio firmarent caesa-
 reo, ne Clericatus eis quoad successionem noceret, **BECKMAN**
Hist. Anhalt. T. IV. p. 524.

„sowol die Statuten und Gewohnheiten als die Reichsabschiede, und gemeine Rechte vor Augen haben, und wohl beobachten, und sich in den Schranken der Cammergerichtsordnung halten.“

3. Ordin. Camer. 1495. §.3. praecipit: „nach des Reichs gemeinen Recbten auch nach redlichen ehrbaren und laendlichen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthumb, Herrschaft und Gericht dem hohen und niedern – zu richten.“

§. II.

Quamvis haec iam ad probandam meam sententiam sufficient, libet tamen adhuc Doctores dissentientes, eorumque rationes allegare, et, si opus est, refellere. Agmen dissentientium dicit restaurator iuris privati illustrium. — GRIEBNERUS, qui ex iure naturali omnes inter illustres agitatas lites decidi debere, sibi persuadebat; etsi in Select. opusc. iur. publ. Tom. I. S.5. de prae*iudicio principum imperii ex abusu Iuris Iustinianei* §. 5. n. 6. ut et in *principiis iurispr. priv.* ill. p. 304. concedat, iura domesticqua quoque e. g. Alemannica et Saxonica etenim applicari posse, quatenus personarum eminentiae convenient. Illius a parte stant quodammodo TITIUS Spec. iur. publ. L.5. c.7. §. 2. LEIBNIZ de iure Suprem. c. 25. p. 134. et LUDOLF de iure fe-
min. illust. p. 68. Sed gratia sit Deo! hodie DD. talia principia non fovere, cum maxime incerta jurisprudentia esset, si quilibet secundum rationes, ex iure naturali sibi formatas, lites decidere vellat. — Porro RÜTTERUS in cit. Diff. de normis decidendi etc. §. 14. defendit: „Iuris romani usum maximum esse inter illustres, quin etiam fieri etenim posse, ut maior iuris romani inter illustres, quam inter privatos usus sit, quatenus nempe



nempe horum intuitu iura statutaria et provincialia iuri romano praecedere possint, quae non stringant illos.“ Ast non addit: cur non stringant? – Et nihil vereor, licet in MOSERI personl-Staatsv. pag. 10. et in Tr. von Teutschl. p. 539. haec legantur verba: „Es würde sich einer laecherlich machen, wenn er sich auf den Sachsen- und Schwaben-Spiegel beziehen wolte, und also seiner Herrschaft keinen Dienst thun“ et LUDOLFUS de iur. fem. ill. p. 84. nescio qua ratione commotus exclamat: „quis diceret adstringi illustres ad solennia iuris provincialis?“ Saltem, si ita esset, et alii tecum ludibrio se exponerent. – Sic denique, quod miror, de SELCHOW in elem. iur. publ. T. II. §. 481. a veritatis via aberrat, dum ait: „iuri Germanico autem antiquo et medio testimonium denunciari non potest, nisi eius conservatio probari queat.“ Facile quidem concedere possum, quod, prout in privatorum causis, ius germanicum antiquum et medium non valeat, si abrogatio probatur, ita et idem dicendum esset de causis illustrium: ast omnino ab his iura Saxonica separari debent, quae viridi obseruantia conservata sunt in terris Saxoniciis quaeque iamiam qua consuetudines proiure communi sunt habendae in illis locis, in quibus videntur GAIL L.I. Obs. 36. n. 13. BERGER Oecon. iur. L. 2. T. 4. tb. 40. n. 17.

§. 12.

Postquam, ut mihi quidem videtur, generatim probatum dedi, in causis illustrium omnino iura provincialia pro norma decidendi habenda esse, non video, cur secundum decantatam regulam: quae mutata non sunt, stare qui prohibet? idem non valere debeat quoad usum hodiernum. Quis vero mutationem in genere probare audet? Constat potius, adiuvante historia, post receptionem iurium peregrinorum servata esse haec principia, dum

dum iura peregrina a nobilibus semper posthabita esse ipse PÜTERUS, quem in Adversariorum castris pugnare ex antecedentibus constat, fatetur. vid EIUS *Beitraege*. T. II. p. 45. Idem testatur SIEGLITZ l. c. §. 2. his verbis: „Adeo enim maiores nostri, et quod in patrio solo natum erat, iuris tenaces fuerunt ut quocunque etiam modo possent, illud non tantum retinere, sed etiam a corruptione peregrinorum institutorum liberum servare, summo studio atque contentione emerentur“ add. quae tradunt B. G. H. DE HELLEFELD in *Diss. de fideicom. famil. illust.* §. XI. et XIII. et DE SELCHOW in *elem. iur. priv. bod.* §. 70. ibique allegati Doctores.

Inde itaque evenit, inter illustres et quoad successionem, quae concernit sic dictum patrimonium privatum, tam eorum, qui sub regentium quam eorum, qui sub non regentium utriusque sexus, nomine veniunt, ius germanicum, tam commune tam particulae adhuc hodie in viridi observantia mansisse. Quod cum alter quam per testimonia Doctorum, qui de praxi testari possunt, probari nequeat, nunc per ea probandum est. —

§. 13.

Huc faciunt et non infimi momenti sunt consultationes et decisiones facultatum iuridicarum et scabinatum quas refert RICHTER in *Tr: de iure et ordine successionis ab intestato* pag: 26. seqq. nec non pag. 161. seqq. et pag. 384 et quae decidunt casus successionem illustrum concernentes. Porro TOB. IAC. REINHARDTUS in *Observat. ad Christinæ Decisiones Vol. I. obs. 10 ad d.c. 9.* praemissis variis et veris argumentis, principem imperii Legibus non esse solutum, testimonio suo confirmat, quod probandum est, dum ait: „Cum itaque certum, tam coram propriis

prius, quam summis imperit tribunalibus principes a subditis
 conveniri posse, sua sponte sequitur, Legibus provincialibus pro-
 priis vel ab ipsis vel Antecessoribus latis eos haud esse solutos, quin
 potius has normas esse debere ad causas controversias regulariter
 applicandas, cum summa tribunalia, ut iuxta leges provinciales
 iudicent, expresse habeantur. Notanter diximus regulariter: Dari
 enim utique leges natura sua ita comparatas, ut principis nego-
 tia plane stringere nequeant, exemplo legum sumptuariarum alia-
 rum eiusdem indolis poenali, manifestum est. Cuilibet enim vel
 nobis non monentibus, erit ad intelligendum, nos de iis saltem
 negotiis loqui, in quibus princeps cum privatis spectari potest ut
 aequalis, quorumque contemplatione in administranda iustitia a
 dignitate est abstrabendam.“ REINHARDTI sententiam
 amplectitur GEISLERUS in Prol. de analogia iuris publici
 f. 4. addito egregio monito, saepius tamen hic ius non tam ex
 legum praescripto, quam ex analogia iuris sumendum esse. Li-
 cet vero apud REINHARDTUM obvium Responsum ICTO-
 rum Francofurtensium ad Viadrum sententiae, quam defendo,
 contrariari videatur, ex verbis, in rationibus decidendi obviis per
 experientiam comprobatur: „dass auch Fürstliche Personen in
 ibren Privatangelegenheiten, welche eigentlich nicht zu der Re-
 gierung von Land und Leuten gehören, sich derer Privatrechte
 gebrauchen, und die bekannte Regel, quod principes utuntur in-
 ter se iure privatorum in gewissermaße wohl bestehen kan, die
 Notwendigkeit auch solches zu erfordern scheint, weil man doch
 in den Privathandlungen fürstlicher Personen gleichfalls einer ge-
 wissen Regel und eines zuverlässigen Principii benötigt ist.“ et
 ex iis, quae de usu iuris Saxonici sequuntur, tamen abunde
 patet, hos ICTOS mecum consentire, licet causa ipsa ex iure
 romano decisa. Assensum porro praebet I. A. HELL-
 FELD in Diff. de successione illustrium qua privatorum in alodia
 (len. 1765.) et patris vestigia legit filius E. G. H. de HELL-
 FELD

FIELD in Diff. cit. de fideicom. famili. ill. (Lense 1779) §. 7 qui
 dubia MOSERI in Tr. von der teutschchen Reichsstaende Landen
 pag. 220. proposita, removens, his utitur verbis: „verum qui-
 dem esse, quod in speculo Saxonico leges tantum contineantur,
 privatis datae hominibus, sed quis est quem fugit etiam imperantes
 in contractibus celebrandis reliquaque causis privatis pera-
 gendis, privatorum iure uti, praesertim in iis, quae eorum
 dignitati conveniuntur.“ Stat denique a mea parte, qui primo lo-
 co nominandus fuisset LUDEWIGIUS in Conf. Hall. T. 2. resp.
 36. pag. 128. his usus verbis „So ist auch das Interesse totius
 Imperii mit darin zu setzen, daß man die Staende des Reichs
 nicht secundum forem privatorum tractire, und mit Hindan-
 nung derer teutschen Rechten und Gewohnheiten ihre Gerecht-
 same schlechterdings nach denen römischen und päpstlichen Rech-
 ten beurtheilen wolle.“ add. Resp. 45. — Omnibus his addi me-
 rentur LUYSER T. XII. P. I. pag. 272. et BRUNQUELL
 Histor. iuris P. IV. c. 4. §. 15. p. 447. ibique allegati DD., qui
 omnes contendunt: eum, qui ad ius in speculo Saxonico conten-
 tum provocet, fundatam intentionem habere; quos etiam sequi-
 tur inclita facultas Giessensis in Resp. in ZEPERNICK Samml.
 cit. T. 2. pag. 301. obvio.

§. 14.

Cum itaque per dicta illustres in causis privatis vario utan-
 tur iure, quoad ordinem in applicatione horum iurium ad casus
 obvenientes addendum, eum esse ex mea sententia sequentem:

- I. Ante omnia, cum provisio hominis, quae inter illustres specia-
 li nomine *Autonomiae* designari solet, tollat provisionem legis
 pacta familiarum inspici debent.

C

II. Ob-

II. Observantia, qua plerumque inter illustres multa sunt definita, attendi debet; caute tamen observantiae huius vel illius familiæ ad alteram sunt transferenda, quamvis una ex altera originem ducere possit.

III. Hac quoque deficiente via patet ad iura et consuetudines provinciarum, qua in illustres degunt *)

IV. Consugiendum est ad ius germanicum universale.

V. Iura peregrina in Germania recepta ultimum occupant locum, si locum habere possunt.

Horum vero thesium probatio partim ex superioribus patet, partim ex subsequentibus parebit, partim a scopo nimis alienum est, si earum probationem suscipere vellem. Quicquid sit, illustres inter se utihtur iure privatorum, quatenus scilicet conditio bonorum maxime feudalium admittit, et adsunt frequentius singulares

*) Licet PÜTTERUS, quem plerique sequuntur, in iure priv. princ. §. 10. speculo Saxonico vim legis detrahat et tantum ad intellegendas leges conservatas illustrum aliquid conferre posse putet: contrarium tamen pace magni huius Icti foveo sententiam. Si enim iura speculo Saxonico definita per contrariam legem vel observantiam non sunt abrogata, vim legis eis denegandam esse a me impetrare non possum; Immo mecum fere idem defendit dum l. c. §. 25. ait: „quamdiu familias illustres iura pristina haud deferuisse (haud deferere et conservare mihi non semper idem est) confitit, merito non statim ad ius romanum consugiendum est sed ex rei natura et pristini iuris patrui inde ab eo simirum tempore quo adhuc incognitus in Germania in primis inter illustres iuris romanij usus erat (per receptionem iuris romanij vero leges germaniae non sunt abrogatae, sed perversa DD. iuris romani applicatio tantum maximum iuri patrio damnum inferebat) rem repeterem fas est“

lares rationes, quae nequam iuris peregrini, praesertim romani, applicationem permittant. Hinc non video, si quid video, cur hae collectiones non quae leges considerari debeant, et dum PÜTTERUS l.c. §. 5. docet: in privatis illustrium negotiis valeare, quicquid universe vim leges civilis habet, hic character vero iure Saxonico communis recte vindiceruf SCHREITER de origine iuris Saxonici Pos. 26. et de eo idem valere debet. Ceterum hac occasione simul annotare licet, MOSERUM in den Abhandlungen verschied. Reichsmaterien Pt. 14. n. 6. ut et in den Gedanken von Erlernung der Privatrechtsgelehrsamkeit §. 1. strenue quidem proedriam iuris germanici defendere, sed expresse specula, Saxonicum et suevicum excludere ab illis iuribus et consuetudinibus ad quae adstringitur Imp. conf. aulicum in Ordin. iud. aut. T.L. §. 15.

SECTIO II.

SISTENS SPECIALIA.

S

Sed quorsum haec, quae hucusque disputavimus? Eo tendunt ut nunc inoffensio pede progredi licet ad doctrinam de Gerada illustrium, quae est: ea pars quanta hereditatis mobiliaris defun-

§. 15.

C 2.

Etac

Etiae feminæ illustris, quae per leges germanicas feminis et ex hereditate maternali quoque filiis clericis iure præcipui debetur.

In originem vocis: Gerada hic inquirere et definire an vel a Gerade, i. e. in compensationem Heergewetrae, vel a Geradæ - quia res vtensiles comprehendit, derivanda sit denominatio; disputare, unde ortum traxerit mos Germanorum, in successione, eam partem quantam bonorum defunctæ feminæ, quæ sub Geradæ nomine venit, a reliqua hereditate separare; inquirere an expediat, vel non, Germanos adhuc hodie hoc iure uti, religioni mihi duco, dum potius haec generales de Gerada doctrinæ, cum reliquis generalibus doctrinis de ea, hic in tractatione speciali de *illustrium gerada* præsupponendæ quam explicandæ sint. Dum itaque tantum in eo occupatus sum ut aliquam lucem, quantum vires permittant, assundam doctrinæ huic speciali, *) actum non ago; quantum enim mihi constat, nullum exstat scriptum speciale de hac geradæ specie, ast tamen variae abvenient quæstiones, quæ eam concernunt, et specialem discussiōnem merentur.

§. 15.

Ut vero, missis generalibus de gerada doctrinis quoad specialem de gerada illustrium doctrinam nihil quod notatu dignum præ-

*) Liceat tamen ad quæstionem: *annon consultum fit hodie, ius geradicum in totum abrogare?* pauci respondere. Liceat ob incertitudinem argumenti et controversias, que de hac meteria subinde excitantur, non inique dixeris, nos hac in parte iure incerto uti, quod tot Collegiorum dissensus et pronunciata invicem contraria abunde testantur, indeque ortum tritum illud: *die gerade macht viel ungerades;* melius tamen et sapientius duco, Legislatorès, nisi omnes, quorum in terris ius geradicum obtinet convenienter, usum potius magis determinare, quam abrogare, cum ius retorsionis in hoc casu consuetum, talium territoriorum subditis omnino possit nocere.

praetermittam; sed ab ovo, ut aiunt, rem omnem repeatam, ante omnia monendum, secundum dicta in antecedentibus etiam feminas eius genitis illustris, cuius est territorium, legibus territorii esse subiectas in aprico iacere, sicutque etiam legibus territorialibus geradam concernentibus subiectas esse. Id quod ita verum est, ut et ii, qui defendant, ipsum illustrem regentem legibus suis provincialibus non esse subiectum, veluti LOBETHAN in *Syst. elem. iurisprudentiae privatae* §. 1636. aliquie DD. *) hoc principium admittere debeat. Unde et LOBETHAN admittit, membra familie illustris praeter ipsum principem regentem Legibus provincialibus subiecta esse. Sunt tamen DD. qui hic in diversas partes eunt, dum alii feminas illustres legibus provincialibus plane non subiiciunt; alii inter feminas regentes et non regentes distinguunt; alii denique, gravissimi momenti viri, regta incedentes via omnes illustres, sicutque et feminas legibus specialibus territorii teneri, statuunt.

§. 17.

Si nunc speciatim DD. sententiae de Gerada illustrium re censendae sunt, ut ordine procedam, primum in locum colloco eos, qui pro Dissidentibus haberi possunt:

J. GRIEB-

*) Specialia passim hac de re efferrunt RIVINUS de bonis principiis patrimonialibus Lips. 1737. §. 20. TITIUS in iure priv. L. 8. c. 19. §. 10. de PONICKAU de conditione privata fisciuum imperii §. 5. Praesertim ESTNERUS de contr. sum. pot. c. 3. §. 5. statuit: „feminas illustres utique leges in territorio constitutas atque receptas observare teneri, et si quid contra illas commiserint, in summis territorii tribunalibus conveniri posse – Sed horum sententia praecipue nititur ea ratione, quod tota familia principi regenti sit subiecta, secundum illud: quicquid est in territorio, territorii regimini est subditum.

22

1. GRIEBNERUS Discours über die Prince. iurisp. priv. ill.
pag. 304. feminas a Gerada excludit, nisi pacto eam sibi acquisi-
terint - sed quare sit commotus, hanc amplecti sententiam,
addere ei non placuit.

2. LUDOLFUS de iure femin. ill. pag. 95. n. 72. tanta
auctoritate loquitur, ut eius verbis uti me obligatum ducam:
„Raro bodes sunt - inquit - exempla successivis Geradae inter-
illustres, nam uxores non semper ex gente Saxonica adsci-
scunt sibi principes Saxones. Unde fit, quod cognatae pro-
ximae ex alia familia Geradae successio non tribuatur cum
aequali iure feminae Saxonicae, in illis locis, ubi ius Geradae
non obtinet. Quemadmodum enim Geradae ius retorque-
tur contra Saxones, itaque etiam negabitur ius Geradae a
Saxonibus extraneis. LYNNCKER Dec. 1311. “ Fatoe, LUDOLFVM hoc in casu sententiam non plane nostrae adversam
tueri, ut appareat ex pag. 82. et usq. l. c. dictis. Sed si omnia
accruius perpendo, facile patet, eum hoc loco tantum ra-
rum usum ex praxi demonstrare voluisse, cum aliunde eius
dissensus satis sit perspicuus; v. l. c. P. II. c. 2. §. 14.

3. PÜTTER in den Rechtsfällen T. I. pag. n. u. 87. postquam
probavit, praerogativam masculorum pre feminis ex pristino
iure germanico proprietatem valere in terris praediisque ali-
isque avitis, non in mobilius et parata pecunia, addit: „Aber
auch iener Vorzug wird in der heutigen Anwendung wegen
der in Deutschland aufgekommenen römischen Rechte sehr
zweifelhaft, wenn man ihn noch heutiges Tages blos aus
den alten deutschen Rechten herleiten will, wofern nicht erweis-
lich, daß Landes oder Familiengesetze das alte deutsche
Recht in diesem Lande oder bei dieser Familie erhalten ha-
ben.“ Etsi vero Doctores romanizantes ius romanum male
applicarint, nostrum tamen non est, quae hi cantarunt, etiam
can-

❧

cantare, cum id quod non ratione introductum, sed errore pri-
mum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non
obtineat: per l. 39. D. de Legibus et per l. 14. D. eod. quod
contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad con-
sequentias; prout etiam per l. 15. eod. In his, quae contra ra-
tionem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

4) MOSERUS etiam, oraculum eorum, qui, auctoritatem
tantum sequi, pro lege sibi posuerunt, ad DD, de quibus lo-
quor, referri potest. Is enim in dem Familienstaatsr.
T. II. p. 366. sequitur GRIEBNERUM in eo, quod feminae
illustres non eodem cum priuatis iure utantur, addita ratio-
ne: denn es müste allemal ein Unterschied bleiben. Ex hac vero
a GRIEBNERO iam addita restrictione posse concludi sibi per-
suader; "Gleichwie aber ihre Gemahlen selbst in subsidium
nach dem iure privato gerichtet werden, in so weit es nach
dem arbitrio iudicis ihrer Würde nicht zumieder noch unsrer
teutschen Staatsverfassung sonst ungemäss ist; also müssen sich
mes Dames ein gleiches gefallen lassen, und es kann wohl neben
einander bestehen, daß sie, cetera sint paria, nach eben dem
Rechte behandelt werden, wie der Privatorum Eheweiber." -
Addit simul: deficientibus pæctis attendendum esse ad familiae,
regionis, aliarumque familiarum eiusdem ordinis mores. Un-
de si praeterea evolvis p. 397. p. 668. § 47. et p. 671. ex dictis
nemo colligeret, MOSERUM in castris adversariorum pugna-
re, nisi l. c. T. I. p. 738. n. 8. et pag. 10. des persönl. Staats-
rechts aliisque in locis contrarium defendere. In tanta eius
inconstantia itaque, eum quoad hunc passum dissentientibus,
quam consentientibus, sic et LOBETHANIUM, qui eius ve-
stigia premitt in der Abhandlung der Lebre von der Erbfolge
§. 218. adscribere malui.

§. 18.



Mitto adversarios, vel vere vel apparenter tales, et pro
gredior ad ICtos ex omnium consensu classicos, qui mihi signa
ferunt. Ad hos refero:

1. LEYSERUM Spec. 664. m. 17. cuius verba sic sonant:
 „A nobilibus inferioris ordinis distinctus est ordo nobilium su-
 „perior, qui Barones, Comites, imo et principes comprehen-
 „dit et amplioribus longe privilegiis fruatur. Nibilominus, ta-
 „men argumento a minore ad maius duco recte concludimus,
 „eadem iura, quae nobilibus inferioribus competit, multo ma-
 „gis ad istos superioris ordinis accommodari. Ex quo funda-
 „mento, quum quaestio aliquando oriatur: an gerada etiam
 „inter principes in foro Saxonico locum inveniret, affirmative
 „decisa fuit a Ictis Viteberg. 1679.

2. BERGERUM in Suppl. ad Discept. for. P. I. p. 390.
 qui hanc sententiam his excitat verbis: — — „Dennoch
 „aber und dieweil in denen saechsischen Rechten die furstl. Per-
 „sonen nirgends ausgenommen, der Unterschied auch, so unter
 „adelicher und luergerlicher Gerade gemacht wird, gar wenig
 „Stücken betrifft, über dies insgemein bobe Standespersonen son-
 „derlich diejenigen, die keine Regierung haben, noch Gesetze
 „zu geben Macht haben, in allerhand Handlungen an die ge-
 „meinen und im Lande beigebrachten Rechte und Gewohnhei-
 „ten verbunden, und endlich derselben Testamente, so weit sie
 „von der Gerade disponiren vor beständig nicht zu oechten. So
 „er/obinet daraus so viel: daß auch unter Fürstlichen Perso-
 „nen in denen saechsischen Landen die Gerade statt habe“

3. ICtos

3. Ictos apud BARTHIUM in dem ausführlichen Bericht von der Gerade. Append. i.e.p. n. 133. p. 285. n. 79. et p. 179. n. 80. pag. 181. cui iisde n fere rationibus defendant „dīß bei den „jenigen fürstlichen Weibspersonen, welche entweder unverehelicht sterben, oder in ihrem Leben in gewisser Regierung nicht gestanden, die Gerade allerdings statt habe“

4. HOFFMANNUM; qui in Tr. ausführl. Beschreibung der Gerade etc. p. 468. testatur: geradam in foro saxonico inter principes usu servari.

5. LYNCERUM in Decis. Ienenf. Centur XII. Dec. 1189. ibi: – „Dieweil aber keines nach Notwendigkeit der Rechte gescheben, sondern vielmehr diese auch solche hohe Personen begreifen und ningens ausschließen, vornehmlich auch die Ursach, weil die Weibspersonen von dem Lebn nichts zugewartet haben, bey denenselben um so eher statt findet, – so wird derselben Gerade billig verfalet, obschon an Orten ihres Hauses Gerade nicht in Uebung.“

6. MOSERUM qui licet inter dissentientes (§ praecl.) locum occupet, ex dictis ibi rationibus tamen et consentientibus adnumerari potest. Patet hoc ex verbis in RIUS Diff. de Legitima S. R. I. Statuum liberorum utriusque sexus §. 23. (Frest 1738) quae sunt huius tenoris: „filiae in nonnullis familiis illustribus ab hereditate materna vel simpliciter vel saltam, si cum fratribus concurrunt, arcentur, in aliis vero eidem vel non renunciat, vel diserte ad eum admittuntur *) nūdque in dubio iuris esse censemus, quia quantum nobis constat.“

*) Hac occasione in testem dictorum vocat MOSERUS paclum principum Anhaltinorum Servorum de Ao. 1676: „Obwohl 15. die sem Reces einzuverleiben unnöthig erachtet werden könnte, daß man die fürst-mütterl. heredität, wenn solche ab intestato sich ereig-

◆ ◆ ◆ ◆ ◆

, stat, peculiaris observantia imperii cessat et sic obtinet ius
„commune.“

7. NEUMANNUM in Comment. de hereditatibus et suc-
cessionibus principum p. 275. qui de praxi testatur, dum ait:
„Heergewetae exiguis inter Principes, maior autem Gera-
dae cognatorum inter Illustres etiam Saxoniae feminas hodie-
num usus superesse deprehenditur.“


§. 19.

Audivimus consentientes ut et dissentientes. Licet vero posteriorum allegatis rationibus pondus sufficiens tribuere non audeam, veritas tamen sit a mea parte mihique maxime certa vide-
tur. Omnes enim in eo consentiunt, principum negotia ut plu-
rimum singularem plane rationem habere indeque praecipue suc-
cessionis iura, quae ex nulla alia quam patria origine derivari
queunt, inter illustres, quos praeterea tenacissimos fuisse in con-
servando iure patrio satis notum est, omnino hodie observari de-
bere. RUTTER elem. iur. germ. §. 717. Accedit Geradam de-
beri feminis in compensationem Heergewetae masculorum Land-
recht L. I. art. 27. „leglich Mann von Rittersart erbet (verer-
bet) zweyerley, Erbe und Heergewette –“ et paulo post:
„Ein jeglich Weib erbt zweyerley ihr Gerad und Erbe“ quae la-
tinus interpres transluit: mulier militaris – Prout itaque hodie
Heergewetta inter illustres non cessat; GUNDLING Discours
über die Pandeeten p. 42. lgg. STRYCK succ. ab. int. D. I. c. 4.
§. 9. HOFFMANN I. cit. pag 468. §. 3. not. itaque nec Gera-
dam cessare necesse est.

§. 20.

, ereignen folte, gedenke – – So hat man doch nur das nötige
„besfügen wollen, dass dero Erbschaft ab intestato alle füsl. Hhl.
„Gebülder samt der Fräul. Schwester (welcher iura an der Gera-
da, die ihr unbenommen bleiben) zu gleichen Theilen sich anzumassen
haben“ – – Quamvis vero hereditas materna et Gerada plane non
idem sit, ab illa tamen valet quodammodo consequentia ad huius usum

Quod attinet contra dissentientium argumenta nec ea plati negligenda sunt, indeque et de iis quedam sunt addenda: Sunt, qui concludunt hoc modo: eis princeps suis seu quae in territorio observantur, teneat legibus, tamen cetera iura, ex potestate civili oriunda, ei semper manere salva, hincque eum, cum dispensandi gaudet facultate, irrita semper reddere posse iura, quae geradam concernunt. Praejudicium omnino haec obiectio nostrae thesi inferre, quidquod risui exponere videtur; ast tamen facilis est ad eam responsio. Hoc enim tantum de principibus, quibus exercituum potestatis civilis competit, dici potest et quidem in eo tantum casu, quo tamquam legislatores considerari possunt, quod in controversiis inter illustres geradam concernentibus nunquam accidit. Dispensatio enim fit vi potestatis legislatoriae, quae ei non nisi in causis regimen suum concernentibus, competit. — Obiici porro posset: Principes non regentes fieri deterioris conditionis, si in regentis territorio degentes, huius leges agnoscere tenentur; Cum vero leges saxonicae communes, de Gerada disponentes, a legibus particularibus secundum superiora, omnino separari debeant, sua sponte fluit, nec hoc dubium alicuius momenti esse. Unde hac tantum occasione addo, causas geradicas non secundum statuta urbis, in qua femina illustris residet, definiendas esse, sed secundum leges, quae conservatae et inter omnes habentur communes; statutis urbis vero tantum teneri eos, qui in numerum civium urbis sunt recepti — Praeterea vix responsionem meretur: cessare geradam ideo: quoniam illustrium apparatus nuptiarum sub se continer, quae pertinent ad mundum muliebrem sub nomine der Schmuckgelder, indeque si gerada locum haber, idem bis peti, cum et gerada talia sub se comprehendat, quae pertinent ad mundum muliebrem. Nescio quo fatu talis obiectio iurium perito in mentem venire possit. Quamvis enim cer-



certum sit, inter illustres omnino apparatum nuptiarum esse in usu; ESTOR *de apparatu et instruclu nuptiarum vulgo Aussteuer*, MOSER *Familienstaatsr.* T-II. pag. 330. eumque et tales res sub se continere, quas gerada sub se comprehendit; inde tamen non sequitur, bis idem ab eodem peti, cum illustrium apparatus nuptiarum non sit, ut gerada, pars quanta hereditatis, nec iure successionis debeatur.

§. 21.

Postquam nunc, ut spero, satis probatum dedi, dari adhuc hodie geradam illustrium, suprest ut, quid iustum sit circa eam, saltem quoad potiores, quea hic pertinent, quaestiones definiam. Eminet absque dubio illa: *an filiae spuriae in his bonis geradicis matribus illustribus succedere possint?* Notum scilicet est cuiilibet, rerum Saxoniarum gnaro, spurias cum legitimis simul admitti quoad successionem in Geradam CARPZOV P-II. C.14. D.58. Cum vero per l.5. C. ad SC. Orbit. spurii excludantur ab hereditate matris illustris, de usu huius legis in germania quoad Geradam filiae illegitimae oritur quaestio. Me iudice contra leges romanæ pronunciandum est. Cum enim leges romanæ in tantum sint receptæ, in quantum Germaniae convenienti statui *) non video, quo iure defendi possit, germanicae leges de Gerada disponentes cedere debeant legibus peregrinis. Quamvis itaque NEUMANNUS l.c. dissentiat et potius hac de re ita sentiat: *Cum lex vel consuetudo, quae gerat*

*) Magnam esse differentiam inter personas illustres in sensu iuris romani et eas, quae apud nos sub nomine illustrium veniunt, satis notum est. Unde perversæ interpretationis specimen est, si DD. non distinguant inter illustres in sensu iuris romani et hodierni.

geradicam introduxit successionem specialis sit, nec facile citra rationem extendenda, iura etiam germanica alias spurias parum admodum faveant, casu obveniente spurias feminarum illustrium ad Geradam vix iri admissum putarem - nec hic dissensus nec rationes eius me movent, vt aliam amplectar sententiam. Celsante enim dispositione legis romanae feminas illustres hoc casu eodem cum feminis aliis fortis iure uti debere censeo.

§. 22.

Quamvis differentia inter Geradum nobilium et ignobilium non sit magni momenti. BERGER econ. iur. L. 2. T. 4. tb. 40. v. quoque supra pag. 24. all. sent. facile tamen concedere possum in dubio causas geradam illustrium concernentes, tam quoad res geradicas, quam quoad alias quaestiones obvenientes, magis secundum ea principia, quae servantur intuitu geradae nobilium, quam hominum civilis vel rustici ordinis decideadas esse.

§. 23.

Cum Gerada deseratur secundum statuta et consuetudinem loci ubi defuncta habuit domicilium BERGER Dec. 105. WERNHER Vol. VII. P. V. obs 134. CARPOV P. II. c. 14. Def. 54. personae vero exemptae succedatur secundum leges fori privilegiati s. communes LYNNCKER Vol. 2. resp. 48. p. 170 Jq. verum quid contendere puto, si defendeo et illustres feminas hoc privilegio uti. Ex quo simul sua sponte fluit, illustres e. g. in alienatione Geradae, eam tantum formam observare esse obligatas, quae ex iuris saxonici communis placitis et generali observantia oblinet.

§. 24

§. 24.

Si, quod fieri potest, contingat principem regentem leges de Gerada abrogare in suo territorio, ideo non cessare usum Geradae quoad membra familiae suae inter se et leges de ea disponentes, me defendere ex dictis §. 20. constat. Cum vero l. c. hoc non dixerim sed et probaverim, hac de re pluribus hic non agendum, et tantum addendum est, accedente familiae membrorum consensu tamen abrogari posse Geradam.

§. 25.

Dignum tandem etiam est aliqua consideratione, quid iustum sit in casu deficientium heredum, qui ex lege vocantur. Si successores in eam deficiunt, magistratu geradam cedere, cuius iurisdictioni femina suberat, constat, *Landrecht L. I. art. 21.* sed cui? quaestio est de gerada illustrium. Me iudice, nisi forte femina illustris ni civitate municipali domicilium haberit ibique deceperit, gerada vacua non ad magistratum loci, sed principem territorii pertinebit. Illustrat haec praeiudicio facult. iurid. Viteb. ZIEGLERUS de iure Maiest. L. I. c. 29. §. 43. Praeterea et hic NEUMANNUS l. c. pag. 280. est consulendus.


Haec sunt, quae hac de re praesenti in Dissertatione proferre constitui. Solamen laboris mihi maximum erit, si in casu obvio, tanquam collectione opinionum DD. ea uti poterit, L. B., quem finem praecepue hoc in studio intendo.


Halle, Diss., 1786/87



Sb.

vdB





4
DE
USU GERADAE
INTER ILLUSTRES
DISSERTATIO 1786.
5

etere obour q. cimpel nigrif. PRAESENTE
DANIELE NETTELBANDT
POT. BOKUS. REGI A CONSILIIS INTIMIS

ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE

E T
ORDINARIO FACULTATIS IURIDICAE.

DEFENSA AB AUCTORE

CARL CHRISTIAN LAURENT. BIEDERMANN

ANHALT-CÖTHE N.

HALAE DIE XIX. AUGUST. MDCCCLXXXVI.

TYPIS HENDELIANIS.

